

Habétis custódiam, ite, custodíte sicut scitis. Illi autem abeúntes, muniérunt sepúlchrum, signántes lápidem, cum custódibus.

*Credo.*

stráž, jděte, hlídejte, jak rozumíte. I odešli a osadili hrob strážci, zapečetivše kámen.

Říká se *Věřím*.

OFFERTORIUM (*Psalms. 68, 21-22*) Improperium exspectávit cor meum et misériam: et sustínui, qui simul mecum contristarétur, et non fuit: consolántem me quæsívi, et non invéni: et dedérunt in escam meam fel, ei in siti mea potavérunt me acéto.

OBĚTOVÁNÍ (*Ž. 68, 21-22*) Potupu očekávalo mé srdce a bídu, a vyčkával jsem, kdo by se spolu se mnou rmoutil, avšak nebylo nikoho. Hledal jsem, kdo by mne potěšil, a nenalezl jsem. Dali mi za pokrm žluč a v žízni mé napájeli mne octem.

SECRETA - Concéde, quæsumus, Dómine: ut óculis tuæ majestátis munus oblátum, et grátiam nobis devotiónis obtíneat, et efféctum beátæ perennitátis acquirat. Per Dóminum.

TICHÁ MODLITBA - Uděl, prosíme, Pane, aby dar, jež před zraky velebnosti Tvé jsme obětovali, nám i milost zbožnosti vymohl i blaženou věčnost získal. Skrze Pána.

COMMUNIO (*Matth. 26, 42*) Pater, si non potest hic calix transíre, nisi bibam illum: fiat volúntas tua.

K PŘIJÍMÁNÍ (*Mat. 26, 42*) Otče, nemůže-li kalich tento minouti, leč bych jej pil, staň se vůle tvá.

POSTCOMMUNIO - Per hujus, Dómine, operatióem mystérii: et vítia nostra purgéntur, et justa desidéria compleántur. Per Dóminum.

PO PŘIJÍMÁNÍ - Působením tohoto tajemství, Pane, nechť jsou i smyty naše hříchy i splněny spravedlivé tužby. Skrze Pána.

## KVĚTNÁ NEDĚLE

### Dominica in Palmis

set, venit quidam homo dives ab Arimathæa, nómine Joseph, qui et ipse discipulus erat Jesu. Hic accéssit ad Pilátum, et pétiit corpus Jesu. Tunc Pilátus jussit reddi corpus. Et accépto córpore, Joseph invólvit illud in síndone munda. Et pósuit illud in monuménto suo novo, quod excíderat in petra. Et advólvit saxum magnum ad óstium monuménti, et ábiit. Erat autem ibi María Magdaléne et áltera María, sedéntes contra sepúlchrum.

Nyní se říká *Očisť srdce mé*; při mši slavné jáhen dostává požehnání od celebranta, přináší kadidlo, avšak bez svící; okuřuje se kniha. Neříká se *Pán s vámi* a celebrant neb jáhen neznamenají knihy křížem, ani sebe, nýbrž se čte neb zpívá na způsob *Evangelia závěr Pašiji*.

Altera autem die, quæ est post Parascéven, convenérunt príncipes sacerdotum et pharisæi ad Pilátum, dicéntes: Dómine, recordáti sumus, quia sedúctor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resúrgam. Jube ergo custodíri sepúlchrum usque in diem tertium: ne forte véniant discipuli ejus, et furéntur eum, et dicant plebi: Surréxit a mórtuis; et erit novíssimus error pejor prióre. Ait illis Pilátus:

a jeden člověk bohatý z Arimathie, jménem Josef, který byl také učedníkem Ježíšovým. Ten přistoupil k Pilátovi a prosil o tělo Ježíšovo. Tedy Pilát rozkázal dáti mu tělo. A Josef vzav tělo, obvinul je v plátno čisté a položil je do svého nového hrobu, který byl vytesal ve skále; a přivaliv kámen veliký ke vchodu hrobu odešel. Byla pak tam Maria Magdalena a druhá Maria sedíce proti hrobu.

Druhého pak dne, který je po pátku, velekněží a fariseové sešli se k Pilátovi řkouce: Pane, my jsme se rozpomenuli, že ten svůdce jsa ještě živ řekl: Po třech dnech vstanu. Rozkaž tedy hlídati hrob až do třetího dne, aby snad učedníci jeho nepřišli a neukradli ho a neřekli lidu: Vstal z mrtvých. I bude poslední blud horší, nežli první. Řekl jim Pilát: Máte

rens unus es eis, accéptam spóngiam implévit acéto, et impósuit arúndini, et dabat ei bíbere. Céteri vero dicébant: S Sine, videámus, an véniat Elías líberans eum. C Jesus autem íterum clamans voce magna, emísit spíritum. (*Hic genuflectitur, et pausat aliquid tantulum.*)

Et ecce, velum templi scissum est in duas partes a summo usque deórsum: et terra mota est, et petrae scissae sunt, et monumenta aperta sunt: et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus. Venérunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis. Centurio autem et qui cum eo erant, custodiétes Jesum, viso terramótu et his quae fiebant, timuerunt valde, dicétes: S Vere Filius Dei erat iste. C Erant autem ibi mulieres multae a longe, quae secutae erant Jesum a Galilaea, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Joseph mater, et mater filiorum Zebedaei. Cum autem sero factum es-

volá tento. C A hned jeden z nich běžel a vzav houbu naplnil ji octem a vloživ ji na třtinu dával mu píti. Ostatní však říkali: S Nechej, ať uvidíme, přijde-li Eliáš, aby ho vysvobodil. C Ale Ježíš opět zvolav hlasem velkým vypustil duši. (*Zde se poklekne a chvíli sečká.*)

A hle, opona chrámová se roztrhla na dvě půle od vrchu až dolů a země se otřásala, skály se rozpukly a hroby se otevřely. A mnoho těl zesnulých světců vstalo a vyšedše z hrobů po jeho vzkříšení, vešli do svatého města a ukázali se mnohým. Setník pak a ti, kteří byli s ním hlídající Ježíše, vidouce zemětřesení a to, co se dělo, báli se velice a pravili: S Jistě byl tento Syn Boží. C Byly pak tam mnohé ženy zdaleka, které byly šly za Ježíšem z Galilee, posluhující mu; mezi nimi byla Maria Magdalena a Maria, matka Jakubova a Josefova, a matka synů Zebedeových. Když pak nastal večer, přišel

## SVĚCENÍ RATOLESTÍ

Sbor pěje nejprve *Antifonu*:

ANTIPHONA - Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nómine Dómini. O Rex Israel: Hosanna in excélsis.

V. Dóminius vobiscum.  
R. **Et cum spíritu tuo.**

ORATIO - Deus, quem diligere et amare justitia est, ineffabilis gratiae tuae in nobis dona multiplicata: et qui fecisti nos in morte Filii tui sperare quae credimus: fac nos eodem resurgente pervenire quo tendimus. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus.

LÉCTIO libri Exodi (15, 27; 16, 1-7).

In diebus illis: Venérunt filii Israel in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum et septuaginta palmae: et castrametati sunt juxta aquas. Profectique sunt de Elim, et venit omnis multitudo filiorum Israel in deserto Sin, quod est inter Elim et Sinai: quintodé-

ANTIFONA - Hosanna Synu Davidovu. Požehnaný, jenž přichází ve jménu Páně. Ó, Králi israelský. Hosanna na výsostech.

V. Pán s vámi.  
R. I s duchem tvým.

MODLITBA - Modleme se: Bože, jež z celého srdce milovati jest spravedливо, dary nevýslovné milosti své v nás rozmnož; a jako jsi v nás smrti Syna svého vzbudil naději na to, več věříme, tak nám dej pro jeho vzkříšení dospěti tam, kam toužíme. Jenž s tebou žije a kraluje.

ČTENÍ z 2. Knihy Mojžíšovy (15, 27; 17, 1-7).

V těch dnech přišli synové Israelovi do Elimu, kde bylo dvanácte studnic a sedmdesáte palem; tam u vod tábořili. Vytrhnuvši z Elimu všecko množství synů Israelových táhlo na poušť Sin, která jest mezi Elimem a Sinajem, patnáctého dne druhého měsíce

cimo die mensis secúndi, postquam egréssi sunt de terra Ægýpti. Et murmurávit omnis congregátio filiórum Israel contra Móysen et Aaron in solitúdine. Dixéruntque filii Israel ad eos: Utinam mórtui essémus per manum Dómini in terra Ægýpti, quando sedebámus super ollas cárniú, et comedebámus panem in saturitáte: cur eduxístis nos in desértum istud, ut occiderétis omnem multitúdinem fame? Dixit autem Dóminus ad Móysen: Ecce, ego pluam vobis panes de caelo: egrediátur pópulus, et cóligat quæ sufficiunt per síngulos dies: ut tentem eum, utrum ámbulet in lege mea an non. Die autem sexto parent quod ínferant: et sit duplum, quam collígere solébant per síngulos dies. Dixéruntque Móyses et Aaron ad omnes filios Israel: Véspere sciétis, quod Dóminus ecúxerit vos de terra Ægýpti: et mane vidébitis glóriam Dómini.

Poté se zpívá místo *Stupňového zpěvu*  
R. (*Joann. 11*) Collegérunt pontífices et pharisæi consili-

po východu z Egypta. Tu na poušti reptala všechna obec synů Israellových proti Mojžíšovi a Áronovi. Synové Israelovi jim pravili: Kěz bychom byli zemřeli Hospodinovou rukou v Egyptě, když jsme sedávali nad hrnci masa a jídali chleba do sytosti. Proč jste nás vyvedli na tuto poušť, abyste umohli všechno množství hladem? Tu pravil Hospodin k Mojžíšovi: Hle, já vám budu dštít s nebe chléb; ať vychází lid a sbírá, co stačí na každý den; chci ho zkoušeti, zda bude kráčet podle mého zákona či ne. Dne pak šestého ať uschovejí, co donesli; budiž toho dvakrát tolik, co každodenně sbíráti budou. I řekl Mojžíš a Áron ke všem synům Israellovým: Večer poznáte, že Hospodin vás vyvedl z Egypta a ráno uzříte slávu jeho.

Židé byli vyvedeni z děsného otroctví egyptského, ale před při zkouškách touží nazpět. – Nás Bůh křtem vyvedl také z otroctví; netoužíme snad po okovech, jež nám byly sňaty?

*Responsorium:*

R. (*Jan 11, 47-49, 50 a 53*)  
Velekněží a fariseové shro-

scriptam: Hic est Jesus, Rex Judæórum. Tunc crucifíxi sunt cum eo duo latrónes; unus a dextris, et unus a sinístris. Prætereúntes autem blasphemábant eum, movéntes cápita sua et dicéntes: S Vah, qui déstruis templum Dei et in tríduo illud reaedíficas: salva temetípsum. Si Fílius Dei es, descénde de cruce. C Simíliter et príncipes sacerdotum illudéntes cum sribis et senióribus, dicébant: S Alios salvos fecit, seípsum non potest salvum fácere: si Rex Israel est, descédat nunc de cruce, et crédimus ei: confídít in Deo: líberet nunc, si vult eum; dixit enim: Quia Fílius Dei sum. C Idípsum autem et latrónes, qui crucifíxi erant cum eo, improperábant ei. A sexta autem hora ténebræ factæ sunt super univérsam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamávit Jesus voce magna, dicens: † Eli, Eli, lamma sabactháni? C Hoc est: † Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquísti me? C Quidam autem illic stantes et audiéntes dicébant: S Eliám vocat iste. C Et contínuo cur-

Potom ukřižováni s ním byli dva lotři, jeden na pravici, druhý na levici. Ti pak, kteří tudy chodili, rouhali se mu potřásající hlavami svými a říkajíce: S Ha, jenž boříš chrám Boží a ve třech dnech jej zase vystavuješ, pomoz sám sobě. Jsi-li Syn Boží, sestup s kříže. C Podobně i velekněží posmívajíce se se zákoníky a staršími říkali: S Jiným pomohl, sám sobě pomoci nemůže; je-li Králem israelským, ať nyní sestoupí s kříže, a uvěříme v něho. Doufal v Boha, ať ho nyní vysvobodí, chce-li; neboť pravil: Syn Boží jsem. C Taktéž rouhali se mu i lotři, kteří byli s ním ukřižováni. Od šesté hodiny pak nastala tma po vsí zemi až do hodiny deváté. A okolo hodiny deváté Ježíš zvolal hlasem velikým řka: † Eli, Eli, lamma sabaktani, C to jest: † Bože můj, Bože můj, proč jsi mě opustil? C Někteří pak z těch, kteří tam stáli, uslyševše to pravili: S Eliáše

chlámydem coccíneam circumdedérunt ei: et plecténtes corónam de spinis, posuérunt super caput ejus, et arúndinem in déxtera ejus. Et genuflexo ante eum, illudébant ei, dicéntes: S Ave, Rex Judæorum. C Et exspuéntes in eum, accepérunt arúndinem, et percutiébant caput ejus. Et postquam illusérunt ei, exuérunt eum chlámyde et induérunt eum vestiméntis ejus, et dexérunt eum, ut crucifígerent. Exeúntes autem, invenérunt hóminem Cyrenæum, nómine Simónem: hunc angariavérunt, ut tólleret crucem ejus. Et venérunt in locum, qui dicitur Gólgotha, quod est Calváriæ locus. Et dedérunt ei vinum bíbere cum felle mistum. Et cum gustásset, nóluit bíbere. Postquam autem crucifixerunt eum, divisérunt vestiménta ejus, sortem mitténtes: ut implerétur, quod dictum est per Prophétam dicéntem: Divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem. Et sedéntes, servábant eum. Et imposuérunt super caput ejus. Causam ipsíus

li jej pláštém šarlato-vým; a spletše korunu z trní, vložili mu na hlavu a třtinu do pravice jeho, a pokleknuvše před ním posmíváli se mu řkouce: S Zdráv buď, králi židovský! C A když ho poplivali, vzali třtinu a bili ho do hlavy. A když se mu naposmíváli, svlékli s něho plášť a oblékli jej v roucha jeho a odvedli jej, aby ho ukřižovali. Vycházejíce pak našli člověka cyrenského, jménem Šimona; toho přinutili, aby nesl jeho kříž. A přišli na místo, které slove Golgotha, to jest místo lebcí. I dali mu píti vína smíšeného se žlučíc; a okusiv nechtěl píti. Když pak jej ukřižovali, rozdělili roucha jeho, metajíce o ně los, aby se naplnilo, co bylo pověděno skrze Proroka slovy: Rozdělili sobě roucha má a o můj oděv metali los. A sedíce hlídali ho tam. I dali nad hlavu jeho nápis viny jeho: Tento jest Ježíš, Král židovský.

um, et dixérunt: Quid fáci-mus, quia hic homo multa signa facit? Si dimíttimus eum sic, omnes credent in eum: \* Et vénient Románi, et tollent nostrum locum et gentem. V. Unus autem ex illis, Cáiphas nómine, cum esset pónťifex anni illíus, prophetávit dicens: Expedít vobis, ut unus moriátur homo pro pópulo, et non tota gens péreat. Ab illo ergo die cogitavérunt interfícere eum, dicéntes: Et vénient Románi, et tollent nostrum locum et gentem.

Nebo jiné *Responsorium*:

R. (Matth. 26, 39 et 41) In monte Olivéti orávit ad Patrem: Pater, si fferi potest, tránseat a me calix iste. \* Spíritus quidem promptus est, caro autem infírma: fiat volúntas tua. V. Vigiláte et oráte, ut non intrétis in tentatió-nem. Spíritus quidem promptus est, caro autem infírma.

EVANGELIUM † Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum (21, 1-9). In illo témpore: Cum appropinquásset Jesus Jerosólymis,

máždili veleradu a řekli: Co učiníme, neboť tento člověk koná mnohé divy? Necháme-li ho tak, všichni uvěří v něho.\* I přijdou Římané a uzmou naše místo a lid. V. Jeden pak z nich, jménem Kaifáš, jsa nejvyšším knězem toho roku, prorokoval řka: Jest užitečno pro vás, aby jeden člověk umřel za lid a ne, aby celý národ zahynul! – Od toho tedy dne pomýšleli ho usmrtiti, řkouce: I přijdou Římané a uzmou naše místo i lid.

R. (Mat. 26, 39 a 41) Na hoře Olivetské modlil se k Otci: Otče, je-li možno, ať odejde ode mne kalich tento. \* Duch sice hotov jest, ale tělo slabé; staň se vůle tvá. V. Bďte a modlete se, abyste nevešli v pokušení. Duch sice hotov jest, ale tělo slabé; staň se vůle tvá.

EVANGELIUM † Pokračování sv. Evangelia podle Matouše (21, 1-9). Za onoho času, když se Ježíš přiblížil k Jerusalemu a přišel

et venisset Bétphage ad montem Olivéti: tunc misit duos discipulos suos, dicens eis: Ite in castéllum, quod contra vos est, et statim invenietis ásinam alligátam et pullum cum ea: sólvite et addúcite mihi: et si quis vobis áliiquid dixerit, dícite, quia Dóminus his opus habet, et conféstim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimplerétur, quod dictum est per Prophétam, dicentem: Dícite filiae Sion: Ecce, Rex tuus venit tibi mansuétus, sedens super ásinam et pullum, filium subjugális. Eúntes autem discipuli, fecerunt, sicut præcépit illi Jesus. Et adduxerunt ásinam et pullum: et imposuerunt super eos vestiménta sua, et eum désuper sedere fecerunt. Plúrima autem turba straverunt vestiménta sua in via: álii autem cædebant ramos de arbóribus, et sternebant in via: turbæ autem, quæ præcedebant et quæ sequebantur, clamabant, dicéntes: Hosánna filio David: benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

do Betfagy k hoře Olivetské, tehda poslal dva své učedníky řka jim: Jděte do městečka, které jest proti vám, a hned naleznete oslici přivázanou a oslátko s ní. Odvažte a přiveďte ke mně. A řekne-li vám kdo co, rcete, že Pán jich potřebuje, a hned je propustí. Toto pak všecko se stalo, aby se naplnilo, co bylo pověděno skrze Proroka slovy: Povězte dceři sionské: Hle, král tvůj bere se k tobě tichý, sedě na oslici a oslátku, mláděti soumara. Odešedše pak učedníci a učinivše, jak jim byl přikázal Ježíš, přivedli oslici i oslátko a vložili na ně roucha svá; i posadili jej na ně. Přemnohý pak zástup prostřel roucha svá na cestu; a jiní sekali ratolesti se stromů a prostírali je na cestu, zástupové pak, kteří šli vpředu i kteří následovali, volali řkouce: Hosanna Synu Davidovu! Požehnaný, jenž se bere ve jménu Páně!

Spasitel vyplňuje do poslední psmenky všecko, co o něm prorokovali starozákonní Proroci. Jsa vševědoucí, ví, co naň čeká.

S Nihil tibi et justo illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum. C Príncipes autem sacerdotum et senióres persuaserunt pópulis, ut péterent Barábbam, Jesum vero pérderent. Respóndens autem præses, ait illis: S Quem vultis vobis de duóbus dimítti? C At illi dixerunt: S Barábbam. C Dicit illis Pilátus: C Quid igitur fáciam de Jesu, qui dicitur Christus? C Dicunt omnes: S Crucifigátur. C Ait illis præses: S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant, dicéntes: S Crucifigátur. C Videns autem Pilátus, quia nihil proficeret, set magis tumúltus fieret: accépta aqua, lavit manus coram pópulo, dicens: S Innocens ego sum a ságuine justí hujus: vos vidéritis. C Et respóndens univérsus pópulus, dixi: S Sanguis ejus super nos et super filios nostros. C Tunc dimísit illis Barábbam: Jesum autem flagellátum trádidit eis, ut crucifigerétur. Tunc mílites præsidis suscipiéntes Jesum in prætórium, congregaverunt ad eum univérsam cohórtem: et exuéntes eum,

vedlivým tímto, neboť jsem mnoho vytrpěla dnes ve snách pro něho. C Velekněží však a starší přemluvili lid, aby žádali za Barabáše, Ježíše pak aby zahubili. I promluvil vladař a řekl jim: S Kterého chcete z těch dvou, abych vám propustil? C A oni řekli: S Barabáše. C Dí jim Pilát: S Co tedy mám učiniti s Ježíšem, jenž slove Kristus? C Řkou všichni: S Ukřižován buď. C Dí jim vladař: S I co zlého učinil? C Ale oni více křičeli řkouce: S Ukřižován buď. C Vida tedy Pilát, že nic nepořídí, nýbrž že rozbroj větším se stává, vzal vodu a umyl si ruce před lidem řka: S Nevinen jsem krví spravedlivého tohoto; vy vizte. C A všechen lid odpověděv řekl: S Krev jeho na nás i na naše syny. C Tu propustil jim Barabáše, Ježíše pak zbičovaného jim vydal, aby byl ukřižován. Tehda volající vladařovi vzavše Ježíše do soudního dvora, shromáždili k němu celou tlupu a svlékše ho přiodě-

plétum est, quod dictum est per Jeremíam Prophétam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appetiati, quem appetiaverunt a filiis Israel: et dedérunt eos in agrum, figuli, sicut constitui mihi Dóminus. Jesus autem stetit ante præsidem, et interrogávit eum præses, dicens: S Tu es Rex Judæorum? C Dicit illi Jesus: † Tu dicis. C Et cum accusarétur a princípibus sacerdotum et senióribus, nihil respóndit. Tunc dicit illi Pilátus: S Non audis quanta advérsus te dicunt testimónia? C Et non respóndit ei ad ullum verbum, ita ut miráretur præses veheménter. Per diem autem sollénnem consuéverat præses pópulo dimittere unum vinctum quem voluissent. Habébat autem tunc vinctum insígnem, qui dicebátur Barábbas. Congregátis ergo illis, dixit Pilátus: S Quem vultis dimíttam vobis: Barábbam, an Jesum, qui dicitur Christus? C Sciébat enim, quod per invidiam tradidissent eum. Sedénte autem illo pro tribunáli, misit ad eum uxor ejus, dicens:

nilo, co bylo pověděno od Proroka Jeremiáše slovy: A vzali třicet stříbrných, cenu muže oceněného, jehož ocenili synové israelští a dali je za pole hrnčířovo, jakož i ustanovil Pán. Ježíš pak stál před vladařem. I otázal se ho vladař řka: S Ty jsi král židovský? C Ježíš mu řekl: † Ty pravíš. C A když velekněží a starší na něj žalovali, nic neodpověděl. Tu řekl mu Pilát: S Neslyšíš, jak závažná tvrzení proti tobě vypovídají? C Ale neodpověděl mu k žádnému slovu, takže se vladař velmi divil. O slavnosti však vladař propouštěval lidu jednoho vězně, kterého chtěli. Měl pak tehdy vězně pověstného, který slul Barabáš. Když se tedy sešli, řekl jim Pilát: S Kterého chcete, abych vám propustil, Barabáše či Ježíše, jenž slove Kristus? C Neboť věděl, že ho vydali ze závisti. Když pak seděl na soudné stolici, poslala jeho manželka k němu řkouc: S Nic neměj se sprá-

Poté se světí ratolesti:

V. Dóminus vobíscum.

R. **Et cum spírítu tuo.**

ORATIO – Auge fidem in te sperántium, Deus et súpplicum preces cleménter exáudi: véniat super nos múltiplex misericórdia tua: benefdicántur et hi pálmities palmárum seu olivárum: et sicut in figura Ecclésiæ multiplicasti Noe egrediétem de arca, et Móysen exeúntem de Ægypto cum filiis Israel; ita nos, portántes palmas et ramos olivárum, bonis áctibus occurrámus óbviám Christo: et per ipsum in gáudium introéamus ætérnum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus.

V. Per ómnia sæc. sæcul.

R. **Amen.**

V. Dóminus vobíscum.

R. **Et cum spírítu tuo.**

V. Sursum corda.

R. **Habémus ad Dóminum.**

V. Grátias agámus Dómino, Deo nostro.

R. **Dignum et justum est.**

Vere dignum et justum est,

V. Pán s vámi.

R. I s duchem tvým.

MODLITBA – Rozmnož víru v tebe doufajících, Bože, a prosby snažně tě vzývajících milostivě vyslyš. Nechť sestoupí na nás tvé mnohonásobné milosrdenství. Buďtež poťžehnány i tyto ratolesti palmové nebo olivové. A jako jsi, předobrazuje Církev, zahrnul poťžeháním Noema, vystupujícího z archy, a Mojžíše, vycházejícího z Egypta se syny israelskými, tak my, nesouce palmy a ratolesti olivové, ať s dobrými skutky vyjdeme vstříc Kristu a skrze něho do radosti vstoupíme věčné. Jenž s tebou žije.

V. Po všechny věky věků.

R. Amen.

V. Pán s vámi.

R. I s duchem tvým.

V. Vzhůru srdce.

R. Máme k Hospodinu.

V. Vzdejme díky Pánu, Bohu svému.

R. Hodno jest a spravedlivo.

Vpravdě hodno a spravedli-

æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus. Qui gloriáris in consílio sanctórum tuórum. Tibi enim sérviant creatúre tuæ: quia te solum auctórem et Deum cognóscunt, et omnis factúra tua te colláudat, et benedícunt te sancti tui. Quia illud magnum Unigéniti tui nomen coram régibus et potestátibus hujus sæculi líbera voce confiténtur. Cui assístunt Angeli et Archángeli, Throni et Dominatiónes: cumque omni militía cæléstis exercitus hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicétes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus, Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli et terra glória tua. Hosánna in excélsis. Benedíctus, qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.

V. Dóminus vobíscum.

R. **Et cum spírítu tuo.**

ORATIO - Pétimus, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: ut hanc creatú-

vo jest, slušno a spasitelno, abychom tobě vždy a všude díky vzdávali, Hospodine svatý, Otče všemohoucí, věčný Bože, jenž veleben jsi ve sboru svatých svých. Toběť slouží tvorové tvoji, neboť tebe jediného za původce a Boha uznávají. A všecko dílo tvé tě vespole chválí a blahověčí ti svatí tvoji, neboť hlasitě vyznávají ono veliké jméno tvého Jednorozeného před králi a mocnostmi tohoto světa. Jemuž slouží Andělé i Archandělé, Trůnové a Panstva a s celým zástupem nebeského vojska chvalozpěv slávy tvé prozpěvují, bez ustání říkajíce: Svatý, Svatý, Svatý Pán, Bůh Zástupů. Plna jsou nebesa i země slávy tvé. Hosanna na výsostech. Požehnaný, jenž přichází ve jménu Páně. Hosanna na výsostech.

V. Pán s vámi.

R. I s duchem tvým.

MODLITBA - Prosíme, Hospodine svatý, Otče všemohoucí, věčný Bože, abys

minem. Et continúa gallus cantávit. Et recordátus est Petrus verbi Jesu, quod díxerat: Priúsquam gallus cantet, ter me negábis. Et egréssus foras, flevit amáre. Mane autem factó consílium iniérunt omnes príncipes sacerdotum et senióres pópuli advérsus Jesum, ut eum morti tráderent. Et vinctum adduxérunt eum, et tradidérunt Póntio Pilátó práesidi. Tunc videns Judas, qui eum trádidit, quod damnátus esset, pæniténtia ductus, réttulit trigínta argénteos príncípibus sacerdotum et senióribus, dicens: S Peccávi, tradens sánguinem justum. C At illi díxerunt: S Quid ad nos? Tu víderis. C Et projéctis argénteis in templo recéssit: et ábiens, láqueo se suspéndit. Príncipes autem sacerdotum, accéptis argénteis, díxerunt: S Non licet eos mittere in córbonam: quia prétium sánguinis est. C Consílio autem ínito, emérunt ex illis agerum figuli, in sepultúram peregrinórum. Propter hoc vocátus est ager ille Hacéldama, hoc est, ager sánguinis, usque in hodiérnum diem. Tunc im-

přísahati, že nezná toho člověka. A hned kohout zazpíval. I rozpomenul se Petr na slovo Ježíšovo, kteréž byl řekl: Prve než kohout zazpívá, třikrát mě zapřeš. A vyšel ven plakal hořce. Když pak bylo ráno, všichni velekněží a starší lidu uradili se proti Ježíšovi, aby ho vydali na smrt. I přivedli ho svázaného a vydali jej vladaři Pontiu Pilátovi. Tehda Jidáš, jenž ho zradil, vida, že jest odsouzen, pojat lítostí přinesl zpět třicet stříbrných velekněžím a starším řka: S Zhřešil jsem zradiv krev spravedlivou. C Ale oni řekli: S Co nám do toho? Ty viz. C I pohodil stříbrné ve chrámě, vzdálil se; a odešel osidlem se oběsil. Velekněží však vzavše stříbrné pravili: S Nesluší je vložiti do pokladny, neboť jest to mzda krve. C A poradivše se koupili za ně pole hrncířovo k pohřbívání poutníků. Proto nazýváno jest pole to Hakeldama, tj. pole krve, až do dnešního dne. Tehda se napl-



hóminis sedentem a dextris virtútis Dei, et venientem in núbibus caeli. C Tunc princeps sacerdotum scidit vestiménta sua dicens: S Blasphemávit: quid adhuc egémus téstibus? Ecce, nunc audístis blasphemiam: quid vobis vidétur? C At illi respondéntes, dixérunt: S Reus est mortis. C Tunc expuérunt in fáciem ejus, et cólaphis eum ceciderunt, álii autem palmas in fáciem ejus dedérunt, dicéntes: S Prophetíza nobis, Christe, quis est, qui te percússit? C Petrus vero sedébat foris in átrio: et accessit ad eum una ancílla, dicens: S Et tu cum Jesu Galiláo eras. C At ille negávit coram ómnibus, dicens: S Néscio, quid dicis. C Exeúnte autem illo jánuam, vidit eum ália ancílla, et ait his, qui erant tibi: S Et hic erat cum Jesu Nazaréno. C Et iterum negávit cum juraménto: Quia non novi hóminem. Et post pusillum accessérunt, qui stabant, et dixérunt Petro: S Vere et tu ex illis est: nam et loquéla tua manifestum te facit. C Tunc coepit detestári et juráre, quia non ninovísset hó-

tohoto času uzříte Syna člověka seděti na pravici moci Boží a přicházeti v oblacích nebeských. C Tu nejvyšší kněz roztrhl roucha svá a řekl: S Rouhal se! K čemu ještě potřebujeme svědků? Hle, nyní jste slyšeli rouhání. Co se vám zdá? C A oni odpovídající řekli: S Hoden je smrti. C Poté plivali na jeho tvář a bili jej pěstí, jiní pak políčkovali ho říkajíce: S Hádej nám, Kriste, kdo tě udeřil? C Petr pak seděl venku ve dvoře. I přistoupila k němu jedna děvečka a řekla: S I ty jsi byl s Ježíšem Galilejským. C Ale on zapřel přede všemi řka: S Nevím, co pravíš. C A když vyšel do brány, uzřela ho jiná děvečka a řekla těm, kteří tam byli: S Také tento byl s Ježíšem Nazaretským. C A opět zapřel s přísahou: Neznám toho člověka. A po malé chvíli přistoupili okolostojící a řekli Petrovi: S Vpravdě i ty jsi z nich, neboť také mluva tvá tě prozrazuje. C Tu počal se proklínati a

ram olivæ, quam ex ligni matéria prodire jussisti, quamque colúmba rédiens ad arcam próprio pértulit ore, benedícere et sanctificáre digneris: ut, quicúmque ex ea recéperint, accípiant sibi protectionem ánimæ et córporis: fiatque, Dómine, nostræ salutis remédium tuæ grátia sacraméntum. Per Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orémus: Deus, qui dispérsa cóngregas, et congregáta consérvas: qui pópulis, óbviám Jesu ramos portántibus, benedixísti: bénedic étiam hos ramos palmæ et olivæ, quos tui fámuli ad honórem nóminis tui fidéliter suscípiunt: ut, in quemcúmque locum introducti fúerint, tuam benedictiónem habitatóres loci illius consequántur: et omni adversitate effugáta, dextera tua prótegat, quos redémit Jesus Christus, Fílius tuus, Dóminus noster. Qui tecum vivit.

Orémus: Deus, qui miro dispositiónis órdine, ex rebus étiam insensibílibus, dispen-

tuto větvev olivy, již jsi dal ze hmoty dřeva vyrůstí a již holubice vracející se do archy ve svém zobáčku přinesla, požehnatí a posvětití ráčil, by těm, kdokoli by z ní obdrželi, dostalo se ochrany duše a těla. A staň se, Pane, znamení milosti tvé prostředkem naší spásy. Skrze Pána našeho Ježíše Krista, Syna tvého.

R. Amen.

Modleme se: Bože, jenž rozptýlené shromažďuješ a shromážděné zachováváš, jenž jsi zástupům, nesoucím ratolesti vstříc Ježíšovi, požehnal, požehnej také tyto větve palmové a olivové, jež tvoji služebníci ke cti jména tvého s věrou přijímají, aby, na kterékoli místo vneseny budou, obyvatelé místa toho požehnaní tvého dosáhli. Praviče tvá pak zapuď všeliké protiventství a chraň ty, které vykoupil Ježíš Kristus, Syn tvůj, Pán náš. Jenž s tebou žije.

Modleme se: Bože, jenž jsi podivuhodným řádem svých úradků chtěl i na věcech neží-

satióne nostræ salutis ostendere voluisti: da, quæsumus; ut devóta tuórum corda fidélium salúbriter intélligant, quid mystice désignet in facto, quod hódie, cælesti lúmíne affláta, Redemptóri óbviám procédens, palmárum atque olivárum ramos vestigiis ejus turba substrávit. Palmárum igitur rami de mortis príncipe triúmphos expéctant: súrculi vero olivárum, spirituálem unctiónem edvenisse quodámodo clamant. Intelléxit enim jam tunc illa hóminum beáta multitúdo præfigurári: quia Redemptor noster, humánis cóndolens misériis, pro totius mundi vita cum mortis príncipe esset pugnatúrus, ac moriéndó triumphatúrus. Et idéo tália óbsequens administrávit, quæ in illo et triúmphos victóriæ et misericórdiæ pinguédinem declaránt. Quod nos quoque plena fide, et factum et significátum retinéntes, te, Dómine, sancte Pater omnipotens, ætérne Deus, per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum supplíciter exorámus: ut in ipso at-

vých rozdílení spásy naší znázorniti, dej, prosíme, aby zbožná srdce tvých věřících ke svému užitku porozuměla, co v duchovním smyslu znamená v té události, že dnes nebeským osvětlením nadchnutý zástup vycházej vstříc Vykupiteli, prostíral palmové a olivové větve pod jeho kročeje. Palmové tedy ratolesti dávají nám tušiti budoucí vítězství nad knížetem smrti; snítky pak olivové jako by oznamovaly, že duchovní pomazání už nadešlo. Porozuměl totiž už tehdy onen blažený zástup lidí, že se tím předobrazuje, jak Vykupitel náš ze soucitu nad lidskými bédami bude za život celého světa s knížetem smrti zápasiti a svou smrtí zvítězí. A proto přinesl na počest tyto věci, jež by naznačovaly i jeho vítězoslávu i hojnost milosrdenství. Také my i v událost i její význam plně věříme a na mysli máme a tebe, Hospodine svatý, Otče všemohoucí, věčný Bože, skrze těhož Pána našeho Ježíše Krista snažně prosíme, abychom v něm

tum factum est, ut adimple-réntur Scripturæ Prophetárum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugérunt. At illi tenéntes Jesum, duxérunt ad Cáipham, príncipem sacerdotum, ubi scribæ et senióres convénerant. Petrus autem sequebátur eum a longe, usque in átrium príncipis sacerdotum. Et ingrèssus intro, sedébat cum ministris, ut vidéret finem. Príncipes autem sacerdotum et omne concílium quærébant falsum testimoniúm contra Jesum, ut eum morti tráderent: et non invenérunt, cum multi falsi téstes accessissent. Novíssime autem venérunt duo falsi testes et dixerunt: S Hic dixit: Possum destrúere templum Dei, et post tríduum reedificáre illud. C Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: S Nihil respóndes ad ea, quæ isti advérsus te testificántur? C Jesus autem tacébat. Et princeps sacerdotum ait illi: S Adjúro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus, Fílius Dei. C Dicit illi Jesus: † Tu dixisti. Verúntamen dico vobis, ámodo vidébitis Fílium

naplnila Písma prorocká. Tu všickni učedníci opustivše ho utekli. Ti však, kteří jali Ježíše, odvedli ho k nejvyššímu knězi Kaifášovi, kde zákoníci a starší se byli shromáždili. Petr šel za ním z daleka až ku paláci nejvyššího kněze a vešel dovnitř seděl se služebníky, aby viděl konec. Velekněží pak a celá velerada hledali falešného svědectví proti Ježíšovi, aby ho vydali na smrt; a nenalezli, ačkoliv mnoho falešných svědků přistoupilo. Naposled přišli dva svědkové falešní a řekli: S Tento pravil: Mohu zbořiti chrám Boží a ve třech dnech jej zase vystavěti. C Tu povstal nejvyšší kněz a řekl jemu: S Nic-li neodpovídáš k těm věcem, kteréž tito proti tobě svědčí? C Ale Ježíš mlčel. I řekl mu nejvyšší kněz: S Zapřísahám tě skrze Boha živého, abys nám pověděl, jsi-li Kristus, Syn Boží? C Dí mu Ježíš: † Ty jsi řekl. Avšak pravím vám: Od

sacerdótum et senióribus pó-  
puli. Qui autem trádidit eum,  
dedit illis signum dicens:  
S Quemcúmque osculátus fú-  
ero, ipse est, tenéte eum. C Et  
